

factum, quod de sola ratione egimus, de experientia vix quicquam diximus. Non enim convenire putat, si ex duobus contrariis ratione scilicet et experientia, alterum solum adhibeatur ad iudicandum eas res, quas ambobus dignosci & examinari oportet. Recte prudenterque ista dicuntur. Ideo enim Galenus Medicum pronunciauit claudum esse, qui vel soli confideret rationi, vel hac neglecta sola contentus esset experientia. Ut enim apte consistere probeque incedere non valet, qui altero crure caret, vel uti eo non vult, aut non potest, sed claudicare cogitur: ita quoque labi & errare eum oportet, qui, quae ratione simul cum experientia perfecte cognosci duntaxat possunt, altera sola plene cognoscere tentat. Etsi vero omni hac in parte culpa careo, & ea de experientia tum dixi, quae praesens eam postulare videbatur. (Non enim propositum erat, rem omnem ad viuum usque rescicare) non grauabor tamen, quae omissa videntur, addere, & rem paulo plenius exponere. Vale.

DE